Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5233
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

47

·20·

eruit pedes meos: et edurit me de lacu miseriae
et de luto faeis. Et statuit super petram pedes meos
et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum
novum: carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt: et spe-
rabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non re-
spexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu
domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est
quis similis sit tibi. Annuntiavi et loquutus sum: multiplicati
sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem fo-
disti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc
dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me ut
faciam voluntatem tuam: deus meus volui. et legem tuam
in medio cordis mei. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia
magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam
et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem
tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes
tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper suscipiant me.
Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehen-
derunt me iniquitates meae et non potui ut videam. Multi-
plicati sunt super capillos capitis mei: et cor meum deliquit
me. Complaceat tibi domine ut eruas me: domine ad adju-
vandum me festina. Confundantur et revereantur simul
qui quaerunt animam meam ut auferant eam. Conturbentur et revere-
antur retrorsum: qui volunt mihi malum. Ferant confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultet et
laetentur super te omnes quaerentes te: et dicant semper magnificetur et